

10.
facti aut juris notatus ac ille, qui non
sit actu laborans, nisi sit in ante per U:
niversitatem dispensatus. Facta enim
de tali electio; cum sit, facta de inhabili,
non tenet. c. Annotuit. de Elect. et postulat.

STATUTUM IV.

De pena eligentium inhabilem
Dignum et justum est, ut in eo quis pu:
niatur, in quo visus est deliquisse. c. In:
ter dilectos. ad fin. de Excessib. Prela:
tor. ideo si quis in electione Decani Fa:
cultatis Juridicæ, vel non actu labora:
tem ac per Universitatem non dispen:
satum, aut Censuris Ecclesiasticis in:
nodatum, vel ut præmissum est in fa:
mia juris, vel facti notatum proponere,
eundem manutenere et alios, quos tur:
nus tangit, proluxior labor, vel fama

11.
prestantior commendat malitiosè poster-
gare vellet, illius votum in illa electione sit
nullum. Quod si hoc idem in alia electi-
one facere voluerit, et hujus, et in anno:
sequenti electionis future incapax ef-
ficiatur. Malitijs enim prout possibile
est circa electionem via præcludi debet.
c. Ut circa electiones. de Elect. et postu-
lat in 6.

STATUTUM V.
**De Confirmatione et loco Deca-
ni electi.**

Sicut per electionem consequitur -
quis jus administrandi in habitu, i-
ta per confirmationem hocce jus con-
sequitur in actu. gloss. in can. Quanto
v. Relatio. dist. 63. ideo statuitur, ut
rite et legitimè electus Decanus, sta-